UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs missis

Venetijs, 27. Okt. 1501

Sabbato. Statio ad sanctu[m] petrum. Jntroitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70304

Visual Library

le grabatū tuū: ⁊ ambula. Et
ſtatim ſanus factus eſt homo
⁊ ſuſtulit grabatū ſuū: ⁊ ābu/
labat. Erat aūt ſabbm in illa
die. Dicebāt ergo iudei illi q
ſanus factus fuerat: Sabbm
eſt: nō licet tibi tollere graba
tū tuū. Rn̄dit eis: Qui me ſa
nuz fecit: ille mihi dixit: Tol/
le grabatū tuū ⁊ ambula. In/
terrogauerūt ergo eū: Quis
eſt ille hō: q dixit tibi: Tolle
grabatū tuū ⁊ ambula? Is āt
q ſanus fuerat effectus neſcie
bat qs eēt. Jeſus aūt declina/
uit a turba conſtituta in loco.
Poſtea inuenit eū ieſus in tē
plo: ⁊ dixit illi. Ecce ſanus fa
ctus es: iam noli peccare: ne
deterius tibi aliqd cōtingat.
Abijt ille homo ⁊ nūciauit iu
deis: qꝛ ieſus eēt qui fecit euz
ſanū. Offer. Benedic anima
mea dn̄o: ⁊ noli obliuiſci oēs re/
tributiones eius: ⁊ renouabitur
ſicut aquile iuuentus tua. Sec.
SUſcipe qs dn̄e munera
noſtris oblata ſeruitijs,
⁊ tua ppitius dona ſanctifica
Per. Coio. Erubeſcāt ⁊ cōtur/
bentur omnes inimici mei: auer
tantur retrorſuz ⁊ erubeſcāt val
de velociter. Poſtcom.
PEr huius dn̄e opatiōez
myſterij: ⁊ vitia nr̄a purgent
⁊ iuſta deſideria cōpleant. P.

E Super populū. Oratio
Xaudi nos miſericors
deus: ⁊ mētibus noſtris gra/
tie tue lumen oſtende. Per.
Sabbato. Statio ad ſanctuz
petrum. Introitus
INtret oratio mea in
cōſpectu tuo: inclina
aurē tuaz ad precem
meaz. Ps. Dn̄e deus ſalutis mee
in die clamaui ⁊ nocte coram te.
℣ Gloria. Oremꝰ Flecta. ge.
POpuluz Oro. Leuate.
tuū qs dn̄e reſpice: atqꝫ
ab eo flagella tue iracundie
clemēter auerte. P. Lcō. lib.
IN diebꝰ deut. xxvj. ca.
illis: Orauit moyſes ad
dn̄m dicens: Reſpice dn̄e de
ſanctuario tuo: ⁊ d̄ excelſo ce
loꝝ habitaculo: ⁊ bn̄dic pplo
tuo iſrael: ⁊ terrā quā dediſti
nob: ſicut iuraſti prībus nr̄is
dare terrā lacte ⁊ melle manā
tem. Audi iſrael: Hodie dn̄s
deꝰ tuus p̄cepit tibi: vt facias
mādata eiꝰ atqꝫ iudicia: ⁊ cu
ſtodias ⁊ impleas ex toto cor
de tuo: ⁊ ex tota aīa tua. Dn̄s
elegiſti hodie: vt ſit tibi deus
⁊ ambules in vijs eius: ⁊ cu/
ſtodias cerimonias illius: et
mandata atqꝫ iudicia: ⁊ obe/
dias eius imperio. Et dn̄s ele
git te hodie: vt ſis ei ppls pe/
culiaris: ſicut locutus eſt tibi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

⁊ cuſtodias omnia precepta
eius: ⁊ faciat te excelſiorē cū
ctis gētibus: quas creauit in
laudem ⁊ nomen et gloriam
ſuam: vt ſis populus ſanctus
dñi dei tui: Sicͤ locut⁹ ē tibi.
Grad. Propitius eſto dñe pec
catis noſtris: nequando dicant
gentes: vbi eſt deus eoꝝ. ℣. Ad
iuua nos deus ſalutaris noſter ⁊
ꝓpter honorem nominis tui do
mine libera nos. Orem⁹. Fle
ctamus genua. Leuate. Oro.
PRotector noſter aſpice
deus: vt qui maloꝝ no
ſtrorum pondere premimur:
percepta miſericordia libera
tibi mente famulemur. Per.
Lcō libri deuterono. xj. capi.
IN dieb⁹ illis: Dixit moy
ſes filijs iſrael: Sī cuſto
dieritis mādata que ego pre
cipio vobis: ⁊ feceritis ea: vt
diligatis dominum deum ve
ſtrum: ⁊ ambuletis in omni
bus vijs eius adherentes ei.
diſperdet domin⁹ omnes gen
tes iſtas ante faciem veſtraꝫ:
⁊ poſſidebitis eas: que maio
res ⁊ fortiores vob̄ ſunt. Omis
locus queꝫ calcauerit pes ve
ſter: veſter erit. A deſerto ⁊ li
bano ⁊ flumine magno eufra
te vſqꝫ ad mare occidentale
erūt termini veſtri: nullusqꝫ
ſtabit contra vos. Terrorem
veſtrū ⁊ formidinem dabit do
minus deus veſter ſuper oēm
terram: quaꝫ calcaturi eſtis:
Sicut locutus eſt vobis domi
nus deus veſter. Grad. Pro
tector noſter aſpice deus: et re
ſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe
deus virtutuꝫ exaudi preces ſer
uoꝝ tuoꝝ. Orem⁹. Flectam⁹
genua. Leuate. Oratio
ADeſto q̄s dñe ſupplica
tionibus noſtris: vt eſſe te lar
giente mereamur: ⁊ inter pro
ſpera humiles: ⁊ inter aduer
ſa ſecuri. per. Lectio libri ma
chabeorum. ij. ca. lo. j.
IN dieb⁹ illis: Oratiōeꝫ
faciebāt ſacerdotes: dū offer
rēt ſacrificiū pro pplo iſrael
ionatha inchoāte: ceteris aūt
rñdētibus ⁊ dicētibus: Bene
faciat vobis deus: ⁊ memine
rit teſtamēti ſui: qd̄ locut⁹ eſt
ad abraaꝫ ⁊ yſaac ⁊ iacob ſer
uoꝝ ſuoꝝ fideliū. Et det vob̄
cor omnibus vt colatis eū: et
faciatis eius volūtatē. Adape
riat cor veſtꝝ in lege ſua: ⁊ in
p̄ceptis ſuis: ⁊ faciat pacem.
Exaudiat oratiōes vr̄as: ⁊ re
cōciliet vobis. Nec vos deſe
rat in tēpore malo. Dñs deus
noſter. Grad. Cōuertere dñe a
liquātulū: ⁊ dep̄care ſup ſeruos
tuos. ℣. Dñe refugiū factus es
nobis a generatione ⁊ progenie.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Oremus Flectamus genua
P Reces Oratio Leuate
ppl'i tui q̄s dn̄e clemen
ter exaudi: vt qui iuſte ꝑ pec
catis noſtris affligimur: pro
tui nominis gloria miſericor
diter liberemur. Per. Lcō li
bri ſapiētie.xxxvj.ca.
M Iſerere noſtri de⁹ om
niū ꝛ reſpice nos: ꝛ oſtēde no
bis lucē miſerationū tuaruꝫ:
et immitte timorē tuū ſup gē/
tes que nō exqſierunt te et co/
gnoſcāt: qꝛ nō eſt deus niſi tu:
vt enarrēt magnalia tua. Al/
leua manū tuā ſup gentes ali
enas: vt videāt potētiā tuam.
Sicut eni in cōſpectu eoꝝ ſā/
ctificat⁹ es in nobis: ſic in con
ſpectu nr̄o magnificaberis in
illis: vt cognoſcant te: ſicut et
nos cognouimus: qm̄ non eſt
deus preter te dn̄e. Innoua ſi
gna ꝛ imuta mirabilia. Glori
fica manū ꝛ brachiū dextruꝫ.
Excita furorē: ꝛ effunde irā.
Extolle aduerſariū et affige
inimicū. Feſtina tēpus: ꝛ me/
mento finis: vt enarrēt mira/
bilia tua dn̄e deus nr̄. Grad.
Dirigatur oratio mea ſicut incē/
ſum in ↄſpectu tuo dn̄e. ℣. Ele/
uatio manuū mearū ſacrificium
veſpertinū. Oremus Flecta/
mus genua. Leuate.
A Ctiones noſtras Oro.
queſumus dn̄e aſpirādo ꝓue
ni: ꝛ adiuuando pſequere: vt
cuncta noſtra opatio a te ſem
per incipiat: ꝛ p te cepta finia
tur. Per. Lectio danielis ꝓ/
phete. Angelus dn̄i deſcen.
fol. 5. Hym. Benedictus es do
mine deus patrū noſtrorum. Et
laudabilis ꝛ glorioſus. cum ce
teris require fol. 5. Hic dicit
Dn̄s vobiſcū fine Flectamus
D Eus Oratio. genua.
qui tribus pueris miti
gaſti flammas ignū: cōcede
ꝓpitius: vt nos famulos tuos
nō exurat flamma vitioꝝ. P.
Epl'a ad theſal. j. capitulo. v.
F Ratres: Rogam⁹ vos
corripite inquietos: cō
ſolamini puſillanimes: ſuſci/
pite infirmos: patientes eſto/
te ad omnes. Uidete ne quis
alicui malū pro malo reddat:
ſed ſemp quod bonū eſt ſecta
mini in inuicem ꝛ in omnes.
Semp gaudete: ſine intermiſ
ſione orate: in omnib⁹ grati/
as agite. Hec eſt enim volun/
tas dei in chriſto ieſu in omni
bus vobis. Spiritū nolite ex
tinguere. Prophetias nolite
ſpernere. Omnia autē pba/
te: quod bonuꝫ eſt tenete. Ab
oi ſpecie mala abſtinete vos.
Ipſe autē deus pacis ſanctifi/
cet vos per omnia: vt integer

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſpiritus veſter:ɀ anima ɀ cor
pus ſine querela in die aduē/
tus dñi nr̄i ieſu chriſti ſeruet.
Tractus. Laudate dñz oēs gē/
tes:ɀ collaudate eū oēs populi.
℣ Quoniã confirmata eſt ſuper
nos miſericordia eius:ɀ veritas
dñi manet in eternum. Scdm
In illo matth.xvij.cap.
tpe:Aſſumpſit ieſus pe
trum ɀ iacobū ɀ ioãnē fratrē
eius:ɀ duxit illos in montem
excelſum ſeorſum:ɀ trãſfigu/
ratus eſt ante eos. Et reſplen
duit facies eius ſicut ſol:veſti
menta autē eius facta ſunt al
ba ſicut nix. Et ecce apparue
rūt illis moyſes ɀ helyas cuz
eo loquentes. Rñdens autez
petrus dixit ad ieſū:Dñe bo/
nū eſt nos hic eſſe:Si vis fa/
ciamus hic tria tabernacula:
tibi vnū:moyſi vnum:ɀ helie
vnū. Adhuc eo loquēte:ecce
nubes lucida obūbrauit eos.
Et ecce vox de nube dicens:
Hic eſt filius meus dilect⁹ in
quo mihi bene cōplacui:ipm̄
audite. Et audientes diſcipu
li ceciderūt in faciem ſuam:
et timuerūt valde. Et acceſſit
ieſus ɀ tetigit eos:dixitqȝ eis:
Surgite:nolite timere. Leuã
tes autez oculos ſuos neminē
viderunt niſi ſolum ieſuz. Et
deſcendētibus illis de monte
precepit eis ieſus dicens:Ne/
mini dixeritis viſionē:donec
filius hominis a mortuis re/
ſurgat. Offer. Dñe de⁹ ſalutꝭ
mee in die clamaui ɀ nocte coraz
te:intret oratio mea in cōſpectu
tuo domine. Secreta.
PResentibus ſacrificijs
qs dñe ieiunia noſtra ſanctifi
ca:vt qđ obſeruãtia noſtra ꝓ
fitet̄ extrinſecus:interius ope
retur. P. Cōio. Dñe de⁹ me⁹
in te ſperaui:libera me ab oibus
perſequētibus me et eripe me.
SAnctificatio/ Poſtcō.
nibus tuis ops deus:et
vitia noſtra curēt̄:ɀ remedia
nobis eterna ꝓueniant. Per.
FIdeles tuos de⁹ Oro.
bn̄dictio deſiderata cō
firmet:que eos ɀ a tua volun/
tate nunq̄ȝ faciat diſcrepare:
et tuis ſemper indulgeat be/
neficijs gratulari. P. Dñica
ſecūda in.xl. Statio ad ſcām
mariam maiorem. Introitus
REminiſcere miſera/
tionū tuarum dñe:et
miſericordie tue que
a ſeculo ſūt:ne vnq̄ȝ
dominent̄ nobis inimici noſtri:
libera nos deus iſrael ex oib⁹ an
guſtijs noſtris. Ps. Ad te domie
leuaui aiam meã:de⁹ meus in te
ↄfido nō erubeſcã. ℣ Glia
DEus qui cōſpicis Oro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN